

quam prius ghaynavi seu supposui¹⁾ nec carere vult quin eam adhuc supponam. Et infra. "Ad que maritus mulieris subiungens: „Tu mentiris sicut filius meretricis!" et protestans hoc iuratis et hominibus probis factum audientibus. Quod etiam cliens coram dominio et consilio pleno fassus est super gratiam, hoc animo iracundo fecisse; sed si alio modo esse non poterit, corpore, manu et gladio suis velit probare, prout opportunum fuerit ipso iure. Modo dominus non carere vult, quin hoc cliens probet et hoc diffiniatur ipso iure, qualiter hoc cliens probare debeat super mulierem negantem seu evadentem et teneatur²⁾ dominio emendare, quia continue fatetur, quod eam supposuit, super gratiam."

Super quo diffinitum fuit: „Quod ex quo cliens ille, insania et furore nimio concitatus, honestati matronalis pudicitiae non parcens³⁾, sed ausu temerario et presumptione, qua famam proximi sui, quod non debuit, maculavit, dicimus: quod secundum iura civitatis nostre municipalia et conscripta homo, qui linguam taliter laxare presumpserit in scandalum et vituperium alterius coram iuratis et aliis fidedignis tam impudica pronunciaverit verba, pro tali temeritate talis⁴⁾ cum lingua debet statue coram populo in foro publico per clawum ferreum affigi et cultellus sibi in manum dari, ita quod tamdiu statue stet affixus, donec per abscissionem linguae se ipsum redimat et absolvat. Nec ipse cliens per gladium, manum etc., que speciem duelli⁵⁾ inducunt, intentum suum probare poterit, quia presumptio, que ex allegatione duelli generatur, est temeraria et insufficiens, et non debet animum movere iudicis. Ymo si idipsum per testes demonstrare niteretur, huiusmodi testes nec essent audiendi nec aliquo modo admittendi, quia non presumerentur ydonei. Sed quia super gratiam de hiis confessus est, veniam postulans, de consensu saltem partis ad gratiam ipsum recipere possent, ut pro posse suo et amicorum ipsa mulier et maritus et consanguinei ceteri placarentur."

11.⁴⁾ Rubrica de vectoribus circa vecturas vini quomodo²⁾ sit diffiniendum. Iuratis in Eywancicz de Brunna sic est responsum diffinitive⁵⁾: „Quod vector ille, qui vas vini pervertens effudit, solvet idipsum domino vini, prout ipse apud vos comparavit, et non velut aliud vas alias est venundatum. Et insuper dominus vini dabit seu defalcet vectori precium de hiis sex, pro rata aliorum miliarum, sicut pacto certo de singulis compeciisset."

x) Hf. teneatur et. y) Kürzung p̄cēs.

2) Kürzung quō lāßt auch Auflöſung quaestio 3u.

1) Erläuterung f. o. B. Fall 10 S. 457 ff.

2) Das Folgende bis absolvat mit wenigen Umstellungen aus c. 556.

3) Das Folgende bis iudicis mit wenig Umstellungen aus c. 27.

4) S. o. S. 475.

5) Das Folgende inhaltlich, 3. U. auch wörtlich aber nicht wie hier in fortlaufender Übereinstimmung mit c. 156 b.